



Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... à Pascha usque || ad Aduentum,|| ...

Eck, Johannes

1534

VD16 E 292

Feria tertia pente. Euange. Qui no[n] intrat p[er] ostiu[m]. loh. 10 Homiliæ
tres

urn:nbn:de:hbz:466:1-35259

PENTECOSTES

261

Lumine fidei, ueritatem facit, operibus bonis peccatorum
suorum restinguens incendia, gemitibus, lachrymis, ieiu-
nijs, elemosynis, & id genus alijs. Deinceps Augustinus
ostendit pericula uitae huius, & discrimina tentationum *Augustin.*
exaggerat, quam graue sit in prosperis non efferri super-
bia, in aduersis non deprimi nec nimia frangi patientia.
Ne iraq; fortunatus successibus prosperis abutatur, inde
sibi concilians ruinam, quod datum erat in solatium. Ne
que qui a deo flagellatur, impatienter ferat. quin porius
toleret patrem erudientem, ne sentiat iudicem punien-
tem. Haec illa Augustini monita quotidie uobis occini-
mus. sapius enim dicenda sunt, quae tam saluaria conti-
nent praecpta. Et uos igitur intimis praecordijs conside-
rate illa, simulq; immensam dei charitatem, qua urgente
proprio etiam filio non pepercit, quo minus pro nobis
traderet illum in supplicium crucis: ac deinde discipulis
suis totiq; ecclesiae paraclitum misit spiritum sanctum, cuius
uirtute & gratia intrepide illi confessi sunt fidei uerita-
tem coram omnibus principibus, nihil reueriti crucis si-
mul & crucifixi gloriam uniuerso mundo praedicare.

Augustin.

Psalm. 111

Nunc uero & nobis dignetur deus donare gratiam
spūs sancti, qua roborati in uera fide, uerita-
tem quoque hic operemur in luce &
tunc in clarissimo gloriae lu-
mine cum gaudio con-
spiciamus clari-
tatem essen-
tia diuinā in aeternum,
A M E N.

EVANGELIUM

FERIAE TERTIAE PENTE-

costes, Iohannis. X.

R in



In illo tempore dixit Iesus Iudeis: **A**mē amē dico uobis, qui nō intrat per ostiū in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur ē & latro: qui autē intrat per ostiū, pastor ē ouīū. Huic ostiarius aperit, & oues uocem eius audiunt. Et proprias oues uocat nominatim, & educit eas. Et cū proprias oues emisit, ante eas uadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt uocem eius. Alienū autem nō sequuntur, sed effugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis Iesus, illi autem nō cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: **A**mē amē dico uobis, quia ego sum ostium ouīū. Omnes quotquot uenerunt, fures sunt & latrones, sed non audierunt eos oues. **E**go sum ostium. per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. **F**ur non uenit, nisi ut furetur & mactet & perdat. **E**go ueni ut uitam habeāt, & abundantius habeant.

HOMILIA PRIMA

Ante huius euangelij initiū refert Iohannes Chri-
 stum sanasse quendam à natiuitate cæcum: & cæ-
 cæci ipsi essent Iudæi, statim infert illud uerbum
 domini de pastore, ouib⁹, & ouili. Cum enim post curati-
 onem cæci interrogarent dominum Iudæi, an ipsi quoq; *Augustin.*
 cæci essent, subiunxit ille euangelium istud, eo ipso decla-
 rare uolens istorum cæcitatem insignem. neq; enim oues
 Christi erant, sed cū uera ianua nō intrabant in ouile, lu-
 mine quoq; uero carebant. Ita semper humani animi, ut
 ait Chrysostomus, elationem comprimit, ut ad magnos *Chrysost.*
 & mirabilium erigat cognitionem. Ne autem dicerent,
 non propter suam cæcitatem ad eum non accedere, sed
 deceptorē uitare, huc omnē refert disputationē, ut se pa-
 storem probet adducendo utriusq; indicia: & se pastore
 uerum esse, & illos qui sibi uidebantur oculatissimi, in me-
 dio etiā sole caligare, esseq; cæcos & duces cæcorum.
 Potest tamen sic quoq; induci, q̄ Iudæi ueri pastores sibi
 uidebantur ratione legis Mosaicæ à deo acceptæ, genti-
 les autem ex abundantia sapientiæ sibi placebant: & q̄ ad *Matth. 23*
 homines in uirtutibus sese exercebant, ut Cato, Socrates,
 & id genus alij per multi, tam Græci q̄ Romani. Verū hos
 omnes nihil cum pastoribus habere cōmune hic Christi⁹
 docuit, quoniā nō uera ianua ingrediant, scilicet p̄ Chri-
 stum. Dicant igitur pagani: Bene utuimus, si per ostiū nō
 intrant, quid p̄dest eis, unde gloriant? Ad hoc enim uni-
 cuiq; debet prodesse uiuere, ut deū illi semp̄ uiuere. ita ne *Augustin.*
 q̄ Iudæis quicq; profuit fucata illa uitæ suæ bonitas, dum
 per Christū nō intrabant. Veriq; igit̄ temere gloriantur, *Actū. 4.*
 ethnici de uirtutibus, de lege Iudæi: qm̄ non est aliud no-
 men sub cælo, in q̄ oporteat nos saluos fieri, nisi in nomi-
 ne Iesu. Similiter & hæretici multū sibi uidentur oculati,
 neq; alij haberi uolunt ab omnibus, q̄ qui olim pharisæi,
 acsi & ipsi à Christo illuminati, sicut iste cæcus. Verū q̄ diu *Johan. 9.*
 erroribus sunt inuoluti, ianua uera nō ingrediunt: sic Ar-
 rius, Sabellius, Fotinus, & reliq; hæreticos: colluies. Quis
 quis em̄ uera ianua cupit intrare, & nō in primo statim,
 qd̄ aiunt, limine impingere, oportet & Christū in uerita-
 te p̄dicet, & aliud nisi gloriā dei non querat.

¶ **A**it ergo dominus: Amen amen dico uobis, qui
 R. iij

Regula.

non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit alium de, ille fur est & latro. Omnis figurata locutio ampla est, lateq; patet, dum ex uarijs proprietatibus uaria etiam ad signari potest intelligentia, à sacris tamen literis non recedens. Tam exuberans enim est sacra scriptura, ut exhauriri nequeat. siquidem & super hoc breui euangelio homiliae haberi possent plures q̄ decem, sed nos summa tantum capita euoluamus. Videamus igitur & consideremus primum ouilis huius ostium, deinde ouile ipsum in intueamur attentius, mox oues, dein ianitorem, pastore quoq; forem & latronem conspiciamus. Et primum quidem dicit Chrysostomus scripturarum testimonium per ostium significari. illic em̄ ingressus nobis patet ad Christum, sic ipso apud Iohannem domino dicente: Scrutamini scripturas, in quibus uos putatis posse habere uitam.

Chrysost.**Iohan. 5**

Ecce hic iudæos Christus ablegat ad ostium scripturarū, quæ de se testimonium perhibent. Ad hæc, ostium ad studium ouium claudi solet. Et sic quoq; hic. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum, in iustitia, ut perfectus sit homo dei, ad omne opus bonum instructus. Deinde ocluso ostio, nihil præualent lupi & fures aduersus oues. Ad eundem q̄q; modū nos præmunit scriptura sacra ab omni fraude hæreticorum, quos fundamento scripturarum sancti patres semper euicerunt, subiugauerunt, & ab ouili Christiano abegerunt. Tota enim fides nostra in sacris literis later, hinc eruenda est. Atqui in omnibus nos scutum fidei sumere iam olim Paulus iussit, quo præmuniti, possimus quamuis ignea nequissimi tela effugere. Ex his tribus liquet, Chrysostomum non absurde ianuam scripturam sacram intellexisse.

1. Tim. 3.**Ephes. 6****Iohan. 5**

¶ Sed quis ille ostiarius? posset hic quidem primum intelligi Moyses, cui principio commissa sunt mysteria dei, qui etiam primus sacrarum literarum scriptor extitit in sanctu spiritus sancti. unde & dñs dixit: Si Moysi crederis, & mihi forsitan crederetis. ille em̄ de me scripsit. Sed tñ acutius expendendo, ostiarius hic ipse est spūs sanctus, cuius inspiratiōe utrunq; testamentū à sanctis dei hoibus cōscriptū est. sic de eo locut' est Christus ad discipulos: Patet

Iohan. 14

elitus autē spūs sanctus, quē mitter pater in nomine meo,
 ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia, quęcūq;
 dixerō uobis. & deinde, Quum uenerit spiritus ille uerita- **Johan. 14**
 tis, docebit uos omnem ueritatem. Quando itaq; præclu- **Johan. 20**
 sum adhuc erat ostium illud apostolis, dixit de eis Iohan-
 nes, quoniam nondum intelligebant scripturas, & quod
 pati simul ac ex mortuis resurgere dñm oporteret. Dein-
 de uero adueniens spūs ille ueritatis, aperuit eis ostiū uerę
 scripturarum, & tunc inceperunt loqui magnalia dei. Hoc **Actu. 2**
 itaq; ostiario, qui uerum sacrę scripturę aperit intellectu,
 per quem & Christus innotescit, & quę ad ipsum ducit se-
 mita, innotescit omnibus, usi sunt apostoli sanctiq; patres
 iam inde annis mille & quingentis, illoq; autore interpre-
 tati sunt literas sacras, quo conditę erant. Iam igitur quis
 quis temere illas præsumit aliter uel intelligere, uel ex-
 plicare, fur uerę est & latro atq; inimicida, sicut faciunt
 hæretici, quibus ostium hoc spiritus sanctus non aperit.
 unde & dominus dicit eos aliunde ascendere. Et obserua
 illud quod dicit, ascendere, eo enim notatur, omnem hæ-
 resim ex superbia nasci. sic Hieronymus dicit, Quis hereti- **Hiero. su-**
 corum nō extollitur in superbiam? idem etiam super Ha- **p. Abdia.**
 bacuc increpat hæreticos scientiam sibi arrogantes, & ec-
 clesię simplicitatem contemntes. Quod pertinet & illud **1. Tim. 6**
 Pauli. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermoni-
 bus domini nostri Iesu Christi, & ei quę secundum pieta-
 tem est doctrinę, superbus est, nihil sciens. cuiusmodi &
 isti sunt nostrates hæretici, qui proteruia tantum & in con-
 uicijs sunt profusissimi.

3. ¶ Verum iuxta unius rei uariã In sacris literis signifi-
 cationem, ostium quoq; Christum ipsum nō in cōmode hic
 designabit, quando alibi dicit: Amen amen dico uobis, **Johan. 10**
 ego sum ostium ouium. & deinde, Ego sum ostium. si
 quis per me ingressus fuerit, habebit uitam æternam. Et
 in hoc omnem illam suam declarationē constituit Augu- **Augustin.**
 stinus, quia ut maxime scriptura ostium esse uiderur, si il-
 lam referas ad Christum, qui per illam & declaratur & in-
 notescit hominibus, quomodo ipse duobus discipulis eun-
 tibus in Emaus ianuam illam aperuit, ipsis etiam id ita cō- **Luce. 24**
 stentibus & dicentibus: Nonne cor nostrum ardens erat

in nobis, dum loqueret in uia, & aperiebat nobis scripturas: Nonne hic euangelista de sacra scriptura non aliter
 de ianua loquitur? Sic Philippus diaconus ianuam aperuit etiam
 en nucho Candacis regine. Et apte itaq; & adposite Chry-
 sostomus scripturam ianuam exposuit, q; per eam Chri-
 stus ad nos uenit, sicut & baptisimus ianuam tum sacramen-
 torum tum ecclesie dicit. Sin autem consideremus illud,
 quomodo nos ad Christum ueniamus, tunc uidebimus &
 Ephe. 2. Christum ostium esse, q; per ipsum accessum habemus am-
 bo in uno spu ad patrem.

¶ Et tamen hæc quoq; ianua humilis multum est & an-
 gusta, in quam quicunq; irrumperere conant elati, impingunt
 & illidunt capite. humile est, inquam, ostium, q; sic de se
 dñs ait: Mitis ego sum & humilis corde. Et ad discipulos:

Matth. 23. Quicunq; se humiliauerit sicut paruulus iste, hic est maior
 Matth. 23. in regno celorum. Et nisi efficiamini sicut paruuli, nõ in-
 trabis in regnum celorum. Angustum etiam est ostium,
 & ideo quicunq; se dilatant uoluptate corporis & carnis,
 atq; ebrietatib; pinguescunt, nõ possunt penetrare: quia &

Matth. 7. ipsa per se uia arcta est, & porta multo angustior, quæ du-
 cit ad uitam. Sed & qui bonis temporalibus nsmium inhi-
 ant, & se diuitijs infarciunt, omnibus lucris inhiantes, angu-
 stum illud ostium nequeunt perrumpere. sic discipulis su-
 is dixit dominus: Filioli, quàm difficile est confidentes in

Marci. 10. pecunijs, in regnũ dei introire? Facilius est camelum per
 foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum
 dei. Dices: Quod si Christus pastor est, ut suapte uoce te-
 statur, quomodo erit ostium? Chrystomus ad hoc res-
 ppondens, dicit: Quando nos patri offert, ostium: cum no-
 stri curam gerit, pastorem se profitetur, sicut illum Petr⁹

Johan. 10. episcopum uocat animarum nostrarum. Ad eundem mo-
 Chryst. dum in rebus nostris etiam agit, nã & pastor & oues osti-
 um ouis intrant, sed non eadem de causa. pastor em non
 sua gratia, sed ad custodiam ouium ingreditur. oues autem
 in sui præmunitionem intrant, ut sic ab omnium incur-
 su præseruentur.

1. Petri. 2. ¶ Quid hinc iam reliquum ex eo quod Christus &
 pastor est & ostium, nisi ouis ipsam sanctam esse ecclesiam
 am? ea em est, in quam ille gētes uniuersas in unitatem su-

dei congregavit, ut ipse dicit futurum ovile unum & pa-
 storem unicum. Oves autem, Christiani sunt, mites, patien-
 tes & benigni. neque uel equorum uel mulorum stabulum est
 ecclesia, quoniam in equis & mulis non est intellectus, sed
 superbia tantum & ambitio, teste Gregorio. Neque uero
 stabulum asinarum est ecclesia, quod asini ignavi sunt, tar-
 di rudes, & nullius plane nisi beluini intellectus. sic ani-
 malis homo non percipit ea quae sunt spiritus dei. stolidita-
 tem enim iudicat & stultitiam. Sed nec caninum stabulum est,
 eo quod canes oblatrant, mordent, remordent. sic & qui
 uiciantur, detrectant alios & deierant, non sunt in eccle-
 sia. de foris autem & exterius sunt canes, uenefici, libidi-
 nosi, quamuis & haeretici canes a Paulo dicantur. Sed ne-
 que caprarum uel porcorum stabulum est, quoniam ad
 hoc ovile neque luxuriosi pertinent, nec temulenti, ut
 ait Paulus, neque fures, neque auari, neque maledici, ne-
 que rapaces regnum dei possidebunt. Ergo & ovile est
 ecclesia, & boni Christiani oves domini sunt, sicut dicit
 Psaltes: Nos populus eius & oves pascuae eius. Posset
 hoc ad longum extendi, nos summam & breuiter om-
 nia perstringemus. 1. Recte Christianus homo
 oui comparatur, quod animal illud sit praeter ceteris sim-
 plex & innocuum, nec cornibus impetens, nec mor-
 dens dentibus, neque consimili ferocia uel lupum, uel
 porcum, uel equum referens indomitum. 2. Ad
 haec, ovis animal est multum humanis usibus commo-
 dum. siquidem lana uestit hominem, lacte & carne pas-
 cit, chordis seu fidibus ex uisceribus factis oblectat & de-
 mulcet, fimo impinguat agros. 3. Animal quo-
 que est humile & multum patiens, neque de primatu con-
 tendit, neque percussum repugnat, neque instar canis aut
 anguis uindictam quaerit, atque ob illam insignem pati-
 entiam CHRISTVS quoque comparatur oui, dicente
 propheta: Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi
 agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os
 suum. 4. Praeterea ovis plurimum obediens est,
 adeo ut puella unica triginta etiam oves uirgula tarum
 pascat, atque in hac re oves tam capris praestant quam
 subibus, in quibus pascendis multum operam insumendum

Johan. 10

Psalm. 38

1. Corin. 21

Apoc. 22

Philip. 31

1. Corin. 61

Psalm. 94

Christia-
nus, ovis

Isaie. 53

- est & laboris. 5. Modestissimum quoque animal est ovis, atque exiguo pastu contentum est, simulque hyeme & aestate pascua tantum sectatur arida, non pingua nimium nec irrigua. 6. His omnibus accedit, & plurimum timidus est, neque tonitrua tantum & luporum metuit incursum, sed & proprii sui horret sonitum uestigij. Atque hæc quoque
- Psalm. 74.** quilibet bonus Christianus in se habere debet. Et primum quidem curet, ne cuiquam facile noceat, nec cornibus potentia impetat proximum, neque altero isto scientie aut prudentia cornu leuiter offendat alios, quod solent mali magistratus & officiales, quod iniqui rabulæ forenses & iuristæ, currisani, aduocati, alijque qui uenalem circumferunt linguam, atque de istiusmodi cornibus David inquit: Confringam cornua peccatorum. Neminem quoque moribus obtrectationum proscindat, ita etiam docente Paulo: Quod si inuicem morderis & comeditis, uideate ne ab inuicem consumamini &c. Sed & neminem feriant, hoc est, contemnunt, neque parentes, neque pauperes, nec infirmos, neque simplices, de quibus precepi te dominus, ne quem ex pusillis istis contenerent. 2. Præcipuum quoque habeat Christiani, pdesse alijs, maxime pro pauperibus in danda elemosyna, Magnū enim quod est, sic fructificare, quoniam omnem palmitē non ferēt fructū dñs ille uineque in ignē abicit. 3. Neque minus patiens decet eē Christianū & humilem. Omne uere præclarum & felicem hominem, qui nulla ratione concitetur ad iram, neque ad impatientiam, sed omnem uindictam deo dimittit, iuxta exemplum Christi & doctrinam Petri. 4. Obediens uero maxime sit, uocemque audiat Christi in scripturis sibi loquentis, per magistratus quoque spirituales & seculares nunquam moueatur ad seditiones, quia qui potestati resistit, dei ordinationi resistit. Nemo itaque istos sectetur aut audiat, qui docent & iubent subditos deficere à magistratibus suis, sicut perditus & peruersus iste hæresiarca Lutherus uere Augustum & inuictissimum Imperatorem nostrum, receptaculum & escam uermium nimis cõtume Iose, Papam quoque Antichristum uocat. Vah turpitudine diabolicam, uah malitiam hominis, si modo homo est. Adeo ne de summis magistratibus male loqui tibi ut liceat; Atqui ex huiusmodi sermonibus non oues dei, sed hi

et diaboli educantur, qui a grege deuantibus, festinant ad
 inierum. 5. His uirtutibus accedit illud quod & mo-
 destum esse oportet Christianum, facileq; uictu conten-
 tum. Sic Paulus inquit, Nos uictum modo & amictu, quo
 operiamus nos, habentes, ultra nil querere debere. Pla-
 ne enim ita est in aridis pascuis, in continentia corporali
 anima pinguescit. & qui opima sectat gramina uolupta-
 tum & pascua libidinis, iam iam deperijt, ut ait Petrus: Vo-
 luptatem existimantes dei delicias coinquinatiōis & ma-
 culæ, delicijs affluentibus, in conuiujs suis luxuriantes uo-
 bisum, oculos habentes plenas adulterijs. 6. Metu q; q;
 non careat & timore casto, neq; ipse ad iram prouocet de-
 um suum. sic enim beatum prædicat Sapiens, qui semper
 metuit. Hæc uos dilectissimi, subinde considerate, & sic rã-
 dem ingredi poteritis ostium uerum **CHRISTVM IE-
 SVM**, ubi simul & pascua inuenietis & uitã eternã, Amẽ.

1. Tim. 6

2. Petri. 2.

Proue. 14

Johan. 10.

HOMILIA SECUNDA FERIAE

tertia pentecostes.

In hoc euangelio, charissimi, dominus & pastorem ue-
 rum, & oues bonas describit: & de pastore quidem di-
 cit, illum uerum non esse, sed furem & latronem, quis
 quis non per ostium ingreditur. Et fur est ille sane, quia
 quod alienum est, suum dicit: latro autem, quia quod est
 furat, occidit. Huiusmodi fures sunt, quotquot nec legi-
 timo titulo nec iusta ratione, ui tantum & nonnunquam
 fraude se ingerunt in episcopatus, præposituras, & qua-
 cunq; sacerdotia. isti dum honorem solummodo aucu-
 pantur & bona temporalia, non per ianuam uerã intrãt
 in ouile, sed aliunde ascendunt. Hoc modo Alchimus oc-
 cupauit pontificatum Iudæorum, ui & uolenta regis An-
 tiochi, sed occupare quidem licuit, diu possidere nõ licuit,
 quamuis neq; impune occuparit. graui enim correptus
 morbo, quã loqui nil posset, in maximis moruus est do-
 loribus. Sic Iafon pontificatum emit 300. talentis argen-
 ti. Sic irrupit & Menelaus, quamuis nil dignum haberet
 tanta dignitate. Sic etiã uolenter ingerere se uoluit in
 officij sacerdotale rex Ozias, sed graui lepra statim cor-
 reptus est, Dathan quoq; & Abiron, quum aduersus Aaro

Augustus.

1. Mac. 7

2. 9.

2. Mac. 4

2. Par. 26

Nume. 16

nem molirentur aliqd, & ui intrudere se conarētur, cum omni grege suo uiui sunt absorpti. Quot iā sunt huiusmodi occupatores magis q̄ possessores, q̄ iniusto titulo qd̄ nō sibi uendicant, sola principū quorundā autoritate freti, omnes quicquid occupārūt, sub peccato mortali restituerentur, nisi de condemnatione sibi non timent.

¶ Non desunt etiam fures, qui non uera ianua ingrediuntur ouile **CHRISTI**, sed **Simonia** & usura spirituali sibi uendicant sacerdotia quæq;. Quibus quā totus iam abundat mundus: **Ve** autem illis, quia graue peccatum est illud & contra spiritum sanctum, quale commisit Simon, qui baptizatus iam à **Philippo** diacono, cum uideret per impositionem manuum uisibiliter conferri ipsumq; apparere spiritum sanctum, oblata pecunia, petijt eandē sibi quoq; dari potestate. sed quid audiuit ex **Petro**: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donū dei estimasti pecunia possideri. Simili quoque modo **Ciezi** accepit pecuniam & uestes à **Naaman**, quem **Eliseus** sanauit à lepra, sed **Eliseus** maledixit illi, & effecit ut lepra ipsi totiq; generationi suæ adhæreret. & statim exiit ille ab eo leprosus, candore niuem referens. Atq; inde fit, ut qui sacerdotia uendunt, **Ciezitæ**: qui uero mercantur, **Simoniaci** appellentur. **Larrones** autem sunt, quicunq; nec lana neq; lacte contenti, non solum ascendentes in ouile irrumpunt, sed & oues occidunt. isti nimirū hæretici sunt, qui quum peruersa doceant, animos simplicium seducunt, non uera ianua per **CHRISTVM** ingressi, neq; ordinatione legitima per inuestituram episcopos, sed ipsi irrūt uolenter, & non uocati instar **Aaronis**, ultero prædicant, contra bullas p̄tificum, contra imperatoria edicta, & episcoporum suorum mandata. Hinc quid boni speres? Sed **Paulum** audi, de hæreticis sic dicentem: Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuota, sciens, quia subuersus ē qui eius modi est & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Ii sunt qui aliunde ascendunt, neq; per tecta tantum irrumpunt, sed & fundamentum ouilis perfodiunt. An non ualidum fidei nostræ fundamentū in sacris literis positū ē? at illas isti sic lacerant, ut uix nobis reliquæ maneant saluæ, tota aliquot

Actuū. 3

4. Reg. 5.

Heb. 1

Tit. 3.

uolumina & sanctorum apostolorum explodunt epistolas, quasi ipsi ij sint, qui Aristarchi uirgula ueribus transfodere qua uelint possint & audeant. insuper sanctorum conciliorum inuiolatam quondam & sacrosanctam conseruunt autoritatem, nec iudicem aliquem ferunt. Vsq; adeo haereticus unus sexcentis Simoniaciis deterior est & malignior. Tu si uis, haec tria extende, utut placuerit.

2. Quando itaq; iam de fure & latrone constat, quis ille pastor est? Christus ipse pastor pastorum. Sed quod ad caeteros ecclesiae pastores attinet, hos quoq; uera ianua ingredi decet. Vbi de electione episcoporum, abbatum, praepositorum, plebanorum dici multa possent, imò libri integri conscribi, oportet enim pastorem ingredi per ianuam uerae fidei, ne sit haereticus: per ianuam libertatis, ne uiolenter semet ingerat per brachium seculare: per ianuam gratuita beneuolentiae, ne muneribus, donis, aut promissionibus sibi parer ingressum: per ianuam integritatis, ne corrupte, dolose, infideliter & fraudulentè se intrudat. Eius rei argumentum efficac in Aarone, nam cum singula uirga tribuum populi Iudaeorum repositae essent in tabernaculo coram domino, mane inuenta est uirga Aarō germinasse, & turgentibus gemmis erupisse flores, qui folijs dilatatis in amygdalas dilatati sunt. Posset hoc ad longū extendi secundū suas significationes. nā rectitudo uirgae, signat integritatem uitae: quod floruit, fortitudinem significat & robur: quod dilatata sunt folia, eloquentiam designat. flores enim famam bonam referunt, & amygdalae pertinent ad uarios bonorum operum fructus. Et tales quidem eligendi sunt atq; adsumendi in officium pastorum. Breuitatis studio omnibus ijs supersedeo, quae ad pastorem pertinere Iezechiel refert, tantum hoc lubet admonere, quod pastor aptus esse debet ad pascendum, audax ad profligandos lupos, sollicitus ad integrum resituum domino ouium suarum numerum: quoniam non est aliud animal, qd perinde opus habet pastore ut ouis, neq; em uiribus ualer ad defendēdū se, ad haec armis care quibus resistat, cum nec ipsa uel mordeat, uel quouis mō impetat. deinde non ea est uelocitate, ut effugere possit facile: neq; ita astu pollet, ut se abscondat. Haec oia ad quēcūq;

Num. 17

simplicem Christianum trāsfero, ut lubet, obseruata scripturæ sanctæ regula.

- Veri autem pastoris signum geminum ostendit dominus: Alterum, quod illi aperit ostium tanquam notæ hæreticis autem spiritus sanctus non aperit ostium, eo quod prius in intellectu innitentes, & ecclesiam CHRISTI contemnunt, & sacras literas pro suo libito tractant. sed illis tamen aperit ostium spiritus sanctus, quod bonum animum adferat ad literas sacras, neque priuatum quærunt honorem, sed gloriam dei, illis demum uerum inspirat spiritus ille sanctus intellectum. sic Paulus Colossenses rogauit pro se orare dominum pro apertione ostij sermonis. Est hic Glossa, quæ tres facit ostiarios: Christum, quod clauem largitur ligandi & soluendi: scripturam quoque ipsam, siquidem ea docet usum uerum clauium: & sic clauem etiam quandam scientiæ reperimus, dicente domino: **V**æ uobis legisperitis, quod uulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. Et spiritus sanctum, quod ministris dignitatem impartit, nam licet in peccato constitutus sacerdos clauium habeat potestatem, tamen eo ipso quod clauium sibi adrogat usum, gratia carens spiritus sancti, peccat, sicuti iam supra declarauimus. Alterum ueri pastoris argumentum hoc est, quod oues uocem illius audiunt, doctrinam suscipiunt, & mandata consequendæ felicitati seruientia, non contemnunt. At cuiusmodi sunt pastores qui non prædicant? aut quomodo uocem istorum ouem audient oues? plus operatur, longèque efficacior est uox pastoris quam mercenarii. & ex hoc genere bonarum ouium cæcus ille fuit, quod uocem CHRISTI audire non recusauit.
3. Talia porro quædam pastoris erga oues officia commemorat dominus, quorum primum est, quod illas nomine quoque suo conuocat. Vbi nota illud quod oues suas dicit, Oues enim propriæ sunt Christiani homines, atque adeo oues CHRISTI, idque multis de causis, partim ex creatione, iuxta illud: Ipse fecit nos, nos autem populus eius & oues pascuæ eius: partim etiam nomine redemptionis, teste Petro, quum ait: Scientes quod non corruptibilibus auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni

Coloss. 4.

Johan. 20

Luce. 11.

Johan. 9

Psalm. 94
1. Petri. 1

immaculati Christi. Nominatim itaq; oues illas proprias uocat, quo pastoris istius clementia significatur, & benignitas plus quam familiarissima. idq; ille facile præstat, cum singula ouium suarum nomina cõscripta habeat in libro uitæ, ipso etiam adserente: **Gaudete & exultate,** quia nomina uestra scripta sunt in cælis. Nouit ille sane discrimen ouium suarum ab hircis alienis, quò respiciens Apostolus, ait: **Nouit dominus qui sint eius.** Et q; sic nominatim uocat oues, singulari quadam gratia sit, sicut se Moysen ex nomine nosse profiteretur, quoniam gratiam apud se inuenerit.

Luc. 10.

2. Timo. 2.

Exodi. 34.

¶ Officium alterum est, ut pastor oues suas educat in pascua, id ipsum quoq; ex omni parte absolutissime fecit dominus, qui gētes eduxit ab erroribus & cultu idolorū, Iudæos ex seruitute legis, patres ex limbo, & omnes in unum uersum peccatores ex sordibus & lacuna uitiorum educit, quantum quidem in se est, ad gratiam & fidei ueritatem. sic per prophetam, **Eduxi, inquit, te de terra Aegypti,** & de domo seruentium liberaui te. de patribus quoque ait Psalmista: **Captiuam duxit captiuitatem.** & nos quotidie clamamus, libera nos de laqueo uenārium. De Adamo sic dicit Sapiēs: **Quia sapientia custodiuit illum à delicto suo** (ecce quod penitentiam egit Adam, & ueniam meruit de peccato suo) **eduxit illum de limo terræ, & dedit illi uirtutem continendi omnia.**

Mich. 6.

Psalm. 67.

Psalm. 30.

Sapiē. 10.

Adam pcc

meruit.

¶ Tertium boni pastoris officium est, ut cum emiserit oues suas, ante eas uadat, ouesq; sic ipsum sequantur, quoniam sciunt uocem eius. Ecce pastor ille præcedit, cū cæteri pastores sequantur oues suas. longe enim admirabilior hæc nostra ars pastoralis est: & merito quidē hic præcedit pastor, quia nisi præcederet, oues ipsum sequi non possent. oportet itaq; præcedere gratiam dei, quoniam hic ait dominus: **Nemo uenit ad me, nisi pater meus traxerit eum.** Præcessit ille quoq; discipulos suos & martyres sanctos in supplicio passionis. præcessit & in officio humilitatis, dicens: **Exemplum dedi uobis, ut quemadmodū ego feci, & uos faciatis.**

Chrysost.

Johan. 6.

Johan. 13.

¶ Sic quoq; resurrectione omnibus hominibus præcessit simul & ascensione sua, unde Paulus Christum ait re-

- surrexisset primitias dormientium. Et quid immoramur pluribus? Omnibus nobis præcessit uerbo & facto, iuxta illud Gregorij: Omnis Christi actio est nostra instructio. & de ascensione sua dicit ipse: Vado parare uobis locum, quod etiam propheta attendens, dixit: Ascendit pandens iter ante eos. Idcirco adeo omnes pastores facere addebet, ut ouibus suis tam factorum præcedant exemplis, quam uerborum. & factorum quidem eo magis, quod opera non Paulo sunt uerbis efficaciora. hinc enim fit, ut cū pastor per abrupta graditur, ad præcipitium grex sequatur. Sed melius per exempla, quam per uerba graditur. illa enim uox libentius corda auditorum penetrat, quam dicentis uita commendat. Sic etiam Petrus docet pastores, quādo dicit: Pascite qui in uobis est gregem dei, prouidentes non coacte, sed spontanee secundum deum, neque turpis lucri gratia, sed uoluntate, neque ut dominantes in clerum, sed forma facti gregis ex animo. & cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibile gloriæ coronam. sic Paulus episcopus & parochos iubet imitatores suos esse.
- 1. Corin. 4.** sic enim uocem pastoris audient oues, si eam ille factus **Lucæ. 24.** primat, ut Christus, qui potens erat in uerbo & opere.
4. ¶ Cum iam docuisset dominus, quomodo se oues et ga pastorem gerant, porro commemorat, quales se exhibeant furi & latroni, ac principio dicit eas alienum non leg. Alienū inquit & uita & doctrina quidem, iuxta illud Psalmi, Alieni mentiti sunt mihi: & istud domini per prophetā dicentis, Væ pastoribus qui dispergunt & dilacerant gregem pascuæ meæ. Sic iam nostris temporibus oues bonæ non audiunt uocem alienorum pastorum. siquidē non ignorant eos & uoce & uita esse corruptissimos, non sunt etiam uerba illorum inducere ad errorē, exempla ad peccata, doctrinā uniuersam ad perditionem. Et bene quidē in hoc faciunt, qui cenobia religiosa incolunt, quod huiusmodi metcenarios sibi obtrusos non sequuntur, sed ab eis fugiunt, & uocem eorum audire cōtemnunt. Contra quicumque istorum alienorum uocē & doctrinā obuijs (quod aiunt) uulnis amplectuntur, argumentum id quidē efficax est, eos non oues Christi, sed hircos esse diaboli & Luciferi capras. Vos autē ne sequamini istos, ne credatis, neue adhæreatis eis, iuxta

suadente Christo, Nolite ire post illos, nanque sicut ovis naturaliter exhorret & fugit lupum, adeo ut canis & magnitudine & colore referens lupum, neq; tantopere contrarius sit oui, neq; illū sic metuat ovis: deinde si chordas ex neruis lupinis & ouillis simul in testudine coniunxeris, frustra labores, cōcordantiā nullā extorqueas. Ad eundem quoq; modum exosos habere debet ovis Christi omnes istiusmodi lupos hæreticos, & ab eis discordare & clamare ad dominum cū Psalmista: Narrauerunt mihi iniq; fabulationes, sed non ut lex tua. de castis deo sacratis uirginibus loquor, quibus lupi hæretici deputantur prædicatores. Parabolam porro hanc non intellexerunt Iudæi, quoniam illuminati non erant ea luce, quam in hunc mundum misit deus, & malebant tenebras quā lucem: quoniam si Christum cognouissent uerum illū esse pastorem, non ita percussissent eum, ut dispergerent oues gre-
gis. Quid reliquū igitur, nisi q; dū cognoscere uerba Christi noluerunt, iuxta sententiam Pauli, ignorantes ipsi etiam ignorabuntur a domino deo: Quotq; autem pñ sunt, ueriq; pastoris uocem audiunt, illum sequuntur, alienos non item, uera utiq; ianua ingredientur ad pastorem animarum nostrarum Christū Iesum in felicitatem æternā, quam concedere dignetur nobis in secula benedictus, Amen.

HOMILIA TERTIA FERIAE

tertiæ Pentecostes.

Veri pastoris & furis discrimen dominus Iudæis exposuit, quod ille per ostium ingreditur, hic aliunde ascendit, idq; nec intellexerunt isti, neque intellecturi forsitan eramus & nos, nisi aperuisset Christus ipse enim uerba hæc explicās, ostium se esse testatur. ubi se obieceris dicens Christum, qui uerus est pastor, ostium esse non posse, sane respondebit tibi Augustinus, & dicit: Ipse Iesus Christus saluator noster, & pastorem se esse dixit, & ostium, quod nostrum quisque non ausus fuisset dicere. & quia per ostium intrat, per seipsum intrat, & nos per illū intramus. nō secus eū ac lumē & cetera

§ ij

omnia conspicua reddit, & simul se uisibile facit: & Christus lux uera patris, facit non se tantum, sed & alios per se ingredi in uitam æternam. Ego namq; ait, sum ostium uerum. Quid multa? quocunq; modo rem expenderis, Christum habes ostium, namq; & ecclesiam nemo ingreditur, nisi per Christum, quem induerunt, quotquot in Christo sunt baptizati. Ecclesiam ergo intrant fideles per fidem ueram in Christum, quæ ianua illa est arcæ Noæ, per quæ figurata est ecclesia: sicut & Christus ipse ostium est ueræ dignitatis, quo intrare debent prælati omnes, non aliunde ascendere, sicut superiori homilia commemorauimus. Adhæc Christus quoq; est ostium cæli & uitæ æternæ: siquidē quinq; millibus annorū oclusum reserauit per clauem sanctæ crucis, ut redimeret genus humanum, sic enim deus pater darurū se, promisit clauē Dauid super humerum eius. Atq; ideo quicunq; iam olim dixerunt esse se Petri aut Pauli, ab ipso uero ostio aberrarunt: sed quicunq; profitentur esse se Christi, illi ianuam uerā attigerunt: quia hæc est porta domini, & iusti intrabunt in eam. Et in hoc qd Christus etiam ostium est, alios pastores omnes superexcellit: qui licet plurimi constituti sint in ecclesia, ostij tamen appellationem & proprietatem sibi tribuere nō possunt, pastor ecclesiæ fuit Petrus, sed non ostium: quia & ipse professus est, non esse nomen aliud in quo saluari oporteat omnes, nisi illud Christi Iesu, quem omnium orationum esse ostium credit ecclesia, dum collectas omnes concludit per Christum filium dei (secundum singularem collectarum exigentiam) solus ergo ille mediator est redemptionis, solus etiam ostium uerum. & quamuis scriptura etiam ostium dici queat, id tamen ratione Christi tantum fit, in quo illa est, quem docet, quem cognoscendum fidelibus præbet, sicut enim nos in orationibus nostris cum domino loquimur, ita uicissim ille per scripturas innotescit, & loquitur nobiscum. uere igitur ostium est. Utinam modo tu Christe Iesu, nos ab hoc ostio conuectas non aberrare, sed per illud ingredi in uitam æternam.

2. ¶ Addit deinceps Christus: Omnes quotquot uenerunt, fures sunt & latrones. Hinc Manichæi uoluerunt uetus testamentum totum, & omnes patres rejicere atq; fa-

Sala. 3

Gene. 6

Isaig. 22.

1. Corin. 1.

Psalm. 117

1. Timoth. 2.

fures & latrones iudicare, Noë, Abraam, Moysen, Dauidem &c. idq; ut obrinerent facilius, deprauato contextu sic legerunt: Omnes quotquot uenerunt ante me, fures sunt & latrones (ideo non cura Græcum Erasmi & translatione eius sæpe claudicauit, quia Græcum Vaticanum hic nõ habet neq; latinum, neq; Chrysostomus, ante me, legit, unde suspicor esse deprauatum Theophylactum per Ecolampadium) sicut illud præclare ostendit Augustinus. neq; est hæc ibi sententia Christi qd omnes qui ante eũ fuerint, fures sint & latrones. siquidem ex ijs fuerunt patriarchæ & prophetæ, amici Christi, & qui cum Christo uenerint, quia ueraces ipsi Christum qui ueritas est, comitari sunt, & crediderunt in Christum nondum incarnatũ, sicut nos in illum iam in carne natum credimus. unde & Augustinus dicit, tempora mutata esse, non fidẽ, & infra, Diuersis quidem temporibus, sed utrosq; per unum fidei ostium, hoc est, per Christum, uidemus ingressos. Et uerum adeo hoc esse, neminemq; nisi in fide mediatoris saluatum, audi testem Apostolum, adfirmantem eundẽ spiritum fidei nos habere, sicut scriptũ est: Credidi propter quod locutus sum. & alibi dicit Apostolus, Omnes eandẽ escam spiritualement manducarunt, & omnes eundem potũ spiritualement biberunt. & illi itaq; Christi serui fuerunt, & quisquis eos audiuit, Christum audiuit.

¶ Sed quid hoc, inquires, quod dominus quotquot uenerint, fures & latrones omnes perhibet fuisse? Augustinus responderet & dicit, Christum sic locutum: Omnes quotquot uenerunt, scilicet sine me, quos neq; uocaui ut Aaronem, neq; elegi ut apostolos, quos per uicarios & successores meos non ad hoc ordinaui, sicut Moysen constitui in hoc ut pastores institueret duodecim tribuum Israel: isti oēs qui propria uenerunt temeritate, quos non elegi, neque per successores meos ad hoc ordinaui, fures sunt & latrones, cuiusmodi plurimi fuerunt pseudoprophetæ & seditionosi, ut Iudas Galilæus & Theodas. Neq; diuersæ multũ sententiæ est Augustinus contra Faustum scribens, loqui hic Christum de ijs qui prius quàm uocarentur, uenerunt: non sic autem patriarchæ & prophetæ, qui missi sunt diuinitus: latrones autem fuerunt & fures, qui a deo nõ missi

§ iij

Li. 2. c. 4.
contra ad-
uer. legis.

Johan. 14

Augustin.

2. Corin. 4
psalm. 115
1. Corin. 10.

Exodi. 18.
2. 29.

Luce. 6
Exodi. 18.
Act. 11. 5

Li. 16. c. 12

Jere. 14. si, pastoritium tamen qui munus uendicârunt, de quibus conqueritur dominus, & dicit per prophetam: Falso propheta uaticinantur in nomine meo, non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos. Et infra de prophetis Samariæ & Ierusalem: Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi propheta-bant. Audiui quæ dixerunt prophetae, prophetantes in nomine meo mendacium.

¶ De ijs igitur hic dominus agit, qui nõ uocati ueniunt, qui iniussi currunt: isti fures sunt & latrones. Quales sunt neochristiani omnes, prædicatores carnis & diaboli, qui neque electi à deo, neque à magistratibus legitime constituti, se ipsos ingerunt quacunque uia aut uolentia, sicut Iason & Menelaus: tamen sub prætextu nominis Iesu, quod subinde obtrudunt, sicut & euangelium crebro ingeminant. Quorum tamen si uitam & doctrinam penitus inspicias, diabolium tantum promouent, cuius nuncijs & apostoli sunt, cuius mendacia docet, teste hic domino.

Augustin. 3. ¶ Sequitur, Et non audierunt eos oues. Hic ait Augustinus, Maior hæc quæstio est, quid habet obscurum & ad intelligendum difficile? Audite obsecro, ecce dominus dicit, oues audiunt uocem pastoris, & non furis, sed quid

2. Reg. 15. putamus, qui audierunt dominum, omnes oues erunt? Saul audiuit uocem domini, & factus est lupus, non obediens deo. Audiuit Iudas, & lupus erat, sequebatur, sed pelle ouina tectus insidiabatur, aliqui uero qui Christum crucifixerunt, non audiebant dominum, & oues erant.

quomodo ista soluitur quæstio, audiunt oues, & non audiunt oues? Sic enim & propheta errantes oues commemorat & Dauid, quæ quamuis errant, dum uocem furis audiunt oues tamen dicuntur. Multis inducit hanc quæstionem Augustinus, ego fundamentum tantum adsumpsi, & succum rei, ne multis uos detinerem ambagibus, & responsionem quoque breuibus absoluam. Quem dei dicit, duobus

Ambrosi. **sup 9. ca.** **ad Rom.** Saul & Iudas Scarioth (quem tamen Beda dicit semper fuisse nequam) quia boni fuerunt, oues etiam Christi exierunt, & tamen lupi facti sunt: plerique Iudæorum, qui lupi fuerunt crucifigentes dominum, audita concione Petri,

facti sunt oues, quia audierunt Christum in uicario suo loquentem. Vel etiam ouis Christi dici potest secundum aliquam ordinationem dei, aut illius præsciētiam. scit enim deus qui sunt eius, & nomine uocat. At quis alius oues omnes cognosceret, nisi qui numerum scit electorū? Et sic oues sunt quotquot ab æterno præordinauit & præuidit deus saluandos. Atque contra, quos præsciuit esse damnandos, lupi sunt & hirci. Quodq; hic dicit dominus audire oues uocem pastoris, non alieni, de ouibus loquitur secundum præsentem iustitiam, dummodo sunt adhuc oues: & quod nonnullæ oues aberrant, atqui lupi uocem aliquot audiunt, non fit hoc secundum præsentem statum, sed finalem ordinationem dei, siquidem quæ nunc errat ouis, priusquam moriatur, audit adhuc uocem pastoris, atque poenitentia de peccatis acta saluatur (hoc est, quod dicimus, duplex est prædestinatio, scilicet simpliciter, & secundum finalem dei ordinationem, & secundum præsentem iustitiam.) Est tamen uox Christi quam luporum nullus audit, sed tantum oues, puta: Qui perseuerauerit usq; in finem, saluus erit. hæc uox est salutis in tabernaculo iustorum.

2. Tim. 2

Matth. 10
Psalm. 117

4. Ipse quoque se iam dominus explanat, dicens: Ego sum ostium. per me si quis introierit, saluabitur. Ecce non solum pastor, sed & oues intrant per ostium, nec aliquod dubiū est in illis uerbis, nisi quod sequitur, & ingreditur & egredietur. hoc enim non nihil uidetur habere difficultatis, quod istud ipsum egredi aliquid mali contineat, sicut de malis Iohannes ait: Ex nobis prodierunt, quia non erant ex nobis. Proinde quadruplicem inuenio istorum uerborum intellectum.

Augustin.

1. Iohan. 2

1. Non est quod egressus seu exitus malum quid significet, & Christus ipse uult ingredi oues suas penetrantia cogitationum piarum, & rursus exire per Christum operando bonum: breuiter ingredi per Christum, est secundum fidem cogitare. egredi autem per Christum, est secundum ipsam fidem operari. sic David. Exhibet, inquit, homo ad opus suum. sic de operibus locutus est dominus apud Matthæum, Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem.

Augustin.

Psalm. 103

Matth. 5

uestrum qui in caelis est. 2. Alium adhuc sensum addu-

Augustin. tanq̄ bonus doctor nos admonuit. uidetur enim mihi dixisse, ut uitam habeant, ingredientes in ouile scilicet eius & ecclesiam, & abundantius habeant, ingrediētes in morte per ostium **Christum**, in uitam æternam. Cum itaq; & pastor bonus sit **Christus** & doctor eximius, uidetur mihi quasi sic dicere uoluisse: **Veni** equidem in hoc, ut uitam per me habeant, qui ingrediuntur, & abundantius habeant qui egrediuntur. prius enim aliquem ingredi oportet in ecclesiam per fidem, quæ operatur in charitate: & sic demum habiturus est uitam, quoniam iustus ex huiusmodi fide uiuit.

Sala. 5
Haba. 2

Quisquis autem ita perseverat in finem usque, is ex hac uita egredietur per ostium **Christum**, ut abundantius uitam habeat. Sicq; boni cum moriuntur, non amittunt uitam, sed abundantius illam acquirunt, sicut latro in cruce iam tandem pœnitens, copiosius illam inuenit, cum audiret sibi dicere **Christum**: Hodie

Luc. 23
Gregori.
Homil. 13
super
Iezechi.
Psalm. 120

mecum eris in paradiso. Neq; multo diuersæ sententiæ e etiam **Gregorius**, super **Iezechielem** dicens: Ingredietur ad fidem, egredietur ad speciem (scilicet **Christi** in æterna patria intuendam) pascua uero inueniet in æterna societate. Hinc etiam **Psalmista** ait: Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, custodit enim dominus cuiusq; animæ introitum, quo intrat ad fidem: exitumq; que quo exit ad speciem, ut neq; intrans ecclesiam erroribus supplantetur, neq; ab hac temporali ad æternam exiens ab antiquo hoste rapiatur. Estq; hæc multum consolatoria expositio pro morientibus, quibus subinde inculcandum est, quomodo intrârint ecclesiam **Christi** per fidem, ipsumq; adeo ostium **Christum**, ut sic quoq; eodem ostio egrediantur, abundantius habituri uitam, & pascua inuenturi. siquidem illic saturabuntur, quicumq; hic fuerunt iusticiam & esurierunt

Pro mori-
turis.

3. **P**otesit idem illud etiã exponi de solis beatis (quia adhuc quinque sensus possent applicari ad uiatores) sicut **Christus** intrauit & exiit inter apostolos, ut dixit **Petrus**. & quomodo prelati ingrediantur pro uita contemplatiua, exeant in uita actiua. Ingredit **Magdalena**, egredit **Mat**

Actus. 7

tha: quod ingrediatur seipsum reformando praelatus, & egrediatur subditos reformando: uel ingrediatur officia diutendo & disponendo, & egrediatur per exemplum formam uirtutis cooperantibus suis exhibendo: aut qui libet ingrediatur trabem ex oculo proprio eiciendo, & egrediatur festucam eiciendo ex oculo proximi. Dies de fieret, si omnia symbola prosequi uellem. hoc est quod semper dixi, amplissimum esse campum significatiuæ seu symbolicæ theologiae.

¶ Ingressus hic etiam intelligi poterit de beatis intrantibus & deum & quæcumque in cælo sunt, exeuntibus autem per scientiam, dum cognoscunt pœnas damnatorum. Atque hoc ita esse testatur Isaias cum ait: Egredientur & uidebunt cadauera uirorum, qui preuaricati sunt in me. ubi Glossa quædam sic habet: Electi egredientur quasi ad uidentium non loco, sed intelligentia uel uisione manifesta, ut ad laudē dei magis accendantur. Et quod beati pascua habeant & gaudia, hac ipsa egressione sua testatur Dauid, inquiens: Quoniam lærabitur iustus, quum uiderit uindictam. & Isaias, quum ait: Erunt usque ad satietatem uisionis omni carni. loquitur enim ibi de damnatis, quorum uermis non morietur. id ipsum sane uidebunt beati, & saturabuntur. Ecce quomodo beati satiantur simul & pascua inueniunt ex damnatis quoque in inferno. Usque ad eo uerum est illud Pauli, quod sanctis omnia cooperantur in bonum. & hoc est quod Dauid de iustis inquit, La uabunt manus suas in sanguine peccatoris, sicut iam supra per nos explicata sunt uerba Christi, & undique inueni

Psalm. 12.

Augu. lib. 20. de ciuitate. c. 22

Isaie. 66. Glossa.

Psalm. 77. Isaie. 66.

Psalm. 57

mus in sacris literis ita esse confirmatum.

5. ¶ Nunc breuiter concludamus, dicamusq; etiam illud quod ait dominus: Fur non uenit nisi ut furetur, mactet & perdat, uarie posse exponi, sed tamen quod sicco, quod aiunt, pede nos transibimus, fur quoq; est diabolus, & hic quidem furatur per cogitationes malas, mactat per consensum prauum, & perdit in opere malo. Aliter sic accipe: Fur seu latro etiam est hæreticus, quoniam is tantum in hoc uenit, ut honorem & gloriam temporalem suffuretur, animas quoq; quas seducit mactet, & dum illas suis dogmatibus attrahit, æternaliter perdat. Vel etiam fur ipse tyrannus est, qui gratia bonorum temporalium sæuie aduersus fidem, ut ea quæ in cœnobijs sunt bona, sibi usurpare queat. Qui autem mactat animas, hæreticus est, suis peruersis dogmatibus illas seducens. Qui perdit, diabolus est, quoniam eas usq; ad inferos derudit. Nec est quod mireris me ista tribus tribuere personis, quæ hic de uno fure prædicat dominus, diabolus enim caput est, cui reliqui duo membra existunt, sicq; de ijs tribus uelut de uno loquitur scriptura. (per regulam Ticonij apud Augustinum libro quarto de doctrina Christiana) Primusque adeo fur diabolus exiit, qui Adamo & Euzæ gloriam suffuratus est paradisi: nunc autem impij omnes & animicidæ membra ipsius sunt. Et sicut diabolus cum suis uenit mactare & perdere animas, ita uicissim uenit CHRISTVS, ut habeant uitam hic gratiæ, illic abundantius etiam uitam gloriæ & felicitatis æternæ. Quam nobis concedat Christus Iesus dominus, idem pastor & custos noster in secula, Amen.

*De pastore uide supra in Homilia
feriæ secundæ Paschæ.*

IN OCTAUA PEN-
tecostes.

¶ Multis iam retro seculis piij homines hac dominica uenerati sunt sanctam & indiuiduam trinitatē, quod etiam per Papam Benedictū XIII. confirmatum est, iam ue-

ro sunt, qui ea dominica legant euangelium: Quum uenerit paracletus, quod explicatum per nos est dominica post ascensionem domini. Alij uero euangelium legunt de Nicodemo, quod etiam lectum est hac ipsa dominica in concilio Pisano, quando festum illud institutum est, teste Cardinali Cameracen. Petro de Alaco, qui in eodem concilio prædicauit. & nos itaq; illud iam explicemus,

DOMINICA TRINI

TATIS EVANGELIUM

Iohannis III.



In illo tempore. Erat homo ex pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. hic uenit ad Iesum nocte & dixit ei: Rabbi, scimus quia à deo uenisti magister. nemo enim potest hæc signa facere que tu facis, nisi fuerit deus cum eo.

Matth. 21

Respōdit Iesus & dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, nō potest uidere regnum dei. Dicit ad eū Nicodemus: Quomodo potest homo renasci, cum sit senex? nunquid potest in uētre matris suæ iterato introire & renasci? Respondit Iesus: Amen amen dico uobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quod natum est ex carne, caro est: